

ruin meorum rem pravam :) i. e. nec cogitabo quidem vel oblectabor, multo minus machinabor illud, quod à legis justitiaque abducit tramite. Indicatur hac phraſi deliberata mentis in re aliqua occupatio, cum morosius eidem inhaeremus, anxieque de mediis nanciscendi illam aut exequendi propositum laboramus ; ad instar artificis forte, exemplar aliquod suo propenitatis obtutui pertinaci ad elaborandum aliud quid, huic exemplari simile, &c. Luther : ich nehe me mir keine böse Sache für. Campen. nunquam imitandam mibi proposui rem ullam iniquam.

רְגֵד è regione oculorum meorum :) ad contemplationem scilicet curiosorem, voluptatemque aliquam illinc hauriendam, &c. confer Ps. XXVI, 3. gratia tua רְגֵד עַנִּי è regione oculorum meorum.

רְכָר verbum vel negotium aut factum :) hujusmodi enim lati ambitus est praesens vox vide Cob. I, 8. 10.

בְּלִיעֵל Belialis vel nequitiae :) h. e. nequitiosum, vel à Satana profectum, hominibus ve sceleratis commune aut receptum, vide sis de voce hac Psal. XVIII, 5. XLI, 9. & Prov. VI, 12. item qua habet Drus. de voc. N. T. p. 32. & 207. & l. 1. obs. c. 7. Dorsch. p. 1. theolog. Zach. p. 170.

*עַשׂ facere :) i. e. facinora, vel mores, aut quod agere consueverunt declinantes. Infinitus induit naturam nominis, velut in illo Latinorum : *scire tuum nihil est, didicisse fideliter &c.* vide Cob. VI, 9. *מְהֻלָּךְ* præ divagatione animæ. Prov. XXI, 3. *עַשׂ facere* justitiam & judicium eligibilius sacrificio &c. confer etiam Psalm. XX, 10. LXXV, 7. LXXXVII, 11. Luth. olim : das thun des Ubertreters postea : den Ubertreter. Campen. hominem superbum semper odio habui.*

שְׁתִים declinantum :) i. e. qui nolunt se limitibus divinae legis coarctari, verum modo huc, modo illuc deflectunt, peccantes nunc in excessu, mox in defectu, &c. ita namque שְׁתָה (à quo nostrum שְׁתָה posito) pro obsoni partatem, descendit, propriæ est declinare à recta viâ, ut patet ex Prov. IV, 15. שְׁתָה secede ab ipsa & transi : c. VII, 25. ne שְׁתִים declinet ad vias ejus (scorti) cor tuum. vide ibidem dicta. Semel adhuc forma praesens occurrit Hos. V, 2. mactavit vel jugulavit (rete expansum) שְׁתִים declinantes, & aliter Ps. XL, 5. non respexit ad insolentes שְׁטִיר כֹּבֶד & declinantes ad mendacium.

שְׁנָאָתִי odio habui & habebo :) imposturum, ita quidem, ut personæ, tanquam homini, faveam, salvamque ipsam cupiam, licet interea persona facta aut malitiæ ex animo detester.

(non) יְרַבֵּק adhæredit vel agglutinabitur mihi :) videlicet nec ejusmodi facere. sive vivendi modus, neque etiam ullus ejusmodi declinantum h. e. tantopere abominor abominaborque per Dei gratiam perpetuò pravitatem omnem, ut longissimè ab eadem sim fugitus, nullumve cum pravis consortium habiturus. De verbô דְּבָקָה adhæsit, vide Psal. XLIV, 26. קְבָד terra venter noster. Psalm. LXIII, 9. sub umbrâ alarum tuarum canto, קְבָקָה adhæscit anima mea אֲחֶרְיךָ post te : Prov. XVIII, 24. est amicus קְבָקָה adhæscens præ fratre, i. e. arctiori caritatis glutine, quam frater nobis junctus. Hujusmodi

A igitur commercium cum pravitate atque pravis penitus à se remotum vult David.

EXPLICATIO VERSUS IV.

לְרָכָב cor perversum :) h. e. homo corde, vel ingenio tali praeditus. Synecdoche partis, qualis v. g. Prov. VIII, 13. os perversitatum odi : Mal. II, 7. labia sacerdotis custodiunt doctrinam ; &c. Sic Gen. XXXI, 27. dicitur : furatus es me, pro quod v. 26. dictum fuerat : furatus es cor meum. Eodem penè sensu Kimchi & Aben Esra supplent אִישׁ (vir) cordis pravi. Sic de homine perverso Genev. Belga, Piscat. Vinariensis. De animo perverso proprio exuendo Calvinus, Junius, &c.

שְׁקָעַ perversum :) i. e. hominem, dolose, nequitosse se ac inconstanter in obeundis negotiis se gerentem, quomodo v. g. Jes. LIX, 8. dicitur : semitas suas שְׁקָעַ perverterunt : Prov. X, 9. שְׁקָעַ vias suas deprehendetur. vide Psalm. XVIII, 27. cum שְׁקָעַ implicitum te geris : Prov. XVII, 20. שְׁקָעַ perversus corde non invenit bonum : item c. XIX, 1. XXVIII, 6. c. XI, 20. abominatio Domini. נְקַשְׁיָה לְבָבָךְ perversi corde. De corde physice inverso apud maleficos quosdam Curios. med. an. 2. p. 139.

B יִסְוַר recedet à me :) nimirum vel sponte, visa severiore aulica mea disciplinâ, tanquam moribus illis perversis parum benigna aut idonea, vel coacte, ita ut deprehensus à metalis improbus ob commissum qualemque delicium cum decore dimittatur, ejiciatur, proscribatur.

רְעֵל malum :) sive hominem, sive opus, utrovis enim modô vox ebrea potest sumi; licet prior acceptio magis quadret contextui.

לֹא non cognoscam :) h. e. non favo tali, non promovebo, curamve ejus geram. Non enim nuda mentis agnitione hic intelligitur, verum verbum notitiae connotat effectum & affectum sive curam, q. d. non magnificiam, non approbabo, non familiariter cum eo vivam, nec curabo. vide Psalm. I, 6. novit Deus viam justorum ; item Psalm. XXXVII, 18. XXXVI, 11. XCI, 14. Lutherus : den bösen leide ich nicht. Campen. virum sceleratum inter notos & amicos habiturus non sum.

EXPLICATIO VERSUS V.

מְלֹשֶׁנִי detrahentem :) i. e. qui lingua sua (dicta) turpiter abutitur ad corruptendum proximi famam vel astimium, sive ex invidia, odio, spe lucri, aut emersionis &c. sive ex vana nocendi libidine : vocatur talis Psalm. CXL, 12. נְאֵשׁ לְשׂוֹן vir lingue. Est vero vox hæc participium in Piel cum jod paragogico à verbô inusitatô נְשָׁלֵל, quod non nisi in Hiphil occurrat semel, Prov. XXX, 10. ne נְשָׁלֵל accuses vel deferas servum domino suo : formatum vero est praesens nostrum vocabulum abjecto Dagesch נְלֹשֶׁן (vide p. 86. n. 2.) hinc descendente ad jod paragogicum (p. 120. n. 3.) accentu, cholem irregulariter transiit in Kamets tashuph, manente vav pleonastico, annotantibus etiam Masorethis. Convenit cum hoc quodammodo illud Job. IX, 15. נְשָׁפֵט judging me, vel judici meo. Alia abjecti dagesch compensatiæ per cholem exempla sunt Ps. LXXVII, 18. נְשָׁפֵט diripui, Jes. X, 13. Junius Jod accipit tanquam affixum, resol-